

factis, / [in propria] pertinacia permanentes, ad mandata Romane Ecclesie et nostra redir[e] / non [cu]rant; propter quod una vobiscum et cum aliis fidelibus eiusdem Romane / Ecclesie, favorante eo quod superbie resistit, proponimus toto cordis / affectu eorum humiliare superbiam et ipsos, prout eorum requirit proter/vitas, peius debite castigare. Verumque, sicut nuper a pluribus / fidedignis percepimus, predicti .. aliquos nobiles de ducatu in / presenti de civitate vestra in eorum potestatem proponunt eligere, / sperantes per ipsos in eorum pravis propositis confoveri; nos igitur, / volentes per omnem viam et modum quibus possumus eorum machi/nationibus obviare, presentium vobis tenore sub excommunicationis in vos potestatem / capitis et quemlibet de consilio et comune vestrum et^{a)} mille marcharum argenti / penis, districte precipiendo mandamus quatenus, receptis presentibus, ordinare et / statuere procuretis ac per civitatem vestram bannum in locis consue[tis] / publice faciatis, ut nullus de civitate vestra vestroque districtu, sub / pena destructionis domorum et omnium bonorum suorum ac perpetua / relegatione a civitate vestra et eius districtu, potestariam vel / aliquod officium, quocumque nomine censeatur, per se vel alios in / terra Cascie recipere vel attemptare quocumque modo presumat, / nec ipsis alias det auxilium, consilium vel favorem publicum vel / occultum, donec suum recognoscentes errorem, Romane Ecclesie et nostro // [...] insignia ipsius Romane / [Ecclesie] [...] / [exce]ssus et enormes [...] perfidi / [...] Ecclesie Romane [...] contra Deum et Sanctam Romanam / [Ecclesiam], in turbatione status pa[cifici] totius provincie ducatus, / olim commisis[se] noscuntur, [...] et licet / hoc ad diversas penas et sententias tam spirituales quam temporales / pro[ce]ssum fuerit contra eos, ut ab ipsorum iniquis propositis desi/[s]tentes, ad ipsius sancta Romane Ecclesie gremium et mandata redderent / et congruam satisfactionem impenderent de commissis. Ipsi [...] tam [...] divinum iudicium quam humanum non verentes, redire [ad] mandata / non curant; sed sicut iniquitatis filii in eorum perf[idi]a [...] / nequitia hostinatis animis perseverant, propter quod a [...] / eos ad eorum proterviam conterrendam exercitum decrevimus faci[endum] / et contra ipsos cum decenti comitiva equitum et peditum Ecclesie [Romane] / fidelium de ducatu accedere viriliter et potenter, ut qu[os] / Dei timor a malo non revocat, pena saltem temporalis [eos ar]/ceat a peccato. Quare devotionem et fidelitatem vestram mo[nemus], / rogamus et hortamur attentius vobis nichilominus iniungentes *etc.*

a) *fehlt Hs.*